



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 90117778**

§. 50. Delegatio in Mareotidem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](#)

Presby  
res, quo  
one bab  
tinebam  
Macar  
ut Iscb  
venerie  
iacente  
suum nu  
mcunqu  
ret. No  
m. Di  
ani, cum  
ini laic  
uo inven  
locus, wh  
m conclus  
idam pe  
Meletiani  
ape Pre  
Impero  
utem no  
iam con  
arentur  
scientia  
argissim  
des pro  
Præteru  
n, manu  
otu pro  
Episco  
clidis, &  
Isaac  
Isaaci Letiensis suggestione, nec prius id Sæculum IV.  
fecisse, quam ab ipsis acribus verberibus A. C. 335.  
fuiſſet compulſus; præter hæc omnia edi-  
cit, totam accusationem esse confictam, nul-  
lum calicem confractum, nullum altare  
subverſum. Hoc ſcriptum ab Iſchyra ſigna-  
tum eſt, & datum in præſentia ſex Pres-  
byterorum, & ſeptem Diaconorum, qui  
nominantur; poſtquam hoc accepifſem, non  
ideo tamen Iſchyram Communione Ecclefiae  
dignum judicavi, eumque bodiedum cum  
Meletianis adverſum me ſtare videtis.  
Hæc fuit Athanasi defenſio.

§. L.

*Delegatio in Mareotidem.*

Adversis partibus hoc Iſhyræ, & fracti *Athan. ap.*  
calicis factum tam diversimode nar- *p. 789.*  
rantibus, Eusebiani Comiti Dionysio per-  
ſuaderunt, amplius in hanc rem eſſe in-  
quirendum, ideoque in Mareotidem de-  
legandos, qui in ipsis locis veritatem do-  
cerentur. S. Athanasius, & Episcopi  
Ægyptii dicebant, hanc profectionem  
fore inutilem, cum enim adverſarii ejus  
jam a duobus vel tribus annis hanc in ſe  
accusationem meditarentur, accusato-  
ribus ſuis ad conquirenda argumenta  
tempus utique non defuiſſe; ſi tamen  
hæc inquisitio ita neceſſaria judicaretur,  
petebant, ut ſaltem, qui mitterentur de-  
legati,

Sæculum IV. legati, suspecti non essent, aut qui me  
A. C. 335. to recusari possent. Æquum petere  
miti videbantur, scripsit ergo ad Concilium, communi omnium consensu de-  
minandos esse, qui ablegarentur; nihil  
minus Eusebiani secreto convenientes  
Episcopos sex Athanasio infensissimos el-  
gere Theognin, Marin, Macedonium  
Theodorum, Ursacium, & Valentem  
jam ante dies quatuor Meletiani, qui Ty-  
ri erant, quatuor ex suis in Ægyptum mi-  
serant, haud dubitantes hanc delegatio-  
nem locum habituram, & ipsa vespeli-  
cur forem dimiserunt, suos monituru-  
Meletiani aliqui ex omnibus Ægypti par-  
tibus in Mareotidem, ubi hactenus nulli  
fuerant, convenienter, Colluthiani quo-  
que, & Ariani advocarentur.

*ibid. p. 795.* Interim Eusebiani Tyri circumcur-  
bant, suum delegationis Decretum ad  
quemlibet Episcopum subscribendum de-  
portantes; quod ubi Episcopi Ægypti  
viderunt, scripta protestatione, & ad  
omnes Episcopos directa, contradixe-  
runt; in ea postquam Eusebianorum con-  
spiracyonem, fraudes, & illatam innocen-  
tibus vim exposuerunt, in conclusione  
Patres exhortantur; futurum Dei judi-  
cium cogitent, cui de hac actione sua ra-  
tionem reddituri essent, caverentque, ne  
quidquam facerent, quo iniqua Eusebia-  
norum molimina promoverent. Alexan-  
der

Athan. ap.  
p. 740.

der Thessalonicensis de eadem causa scri- Sæculum IV.  
 psit ad Comitem Dionysium in hunc mo- A. C. 335.  
 dum: *manifestam conſpirationem contra Athan.* 2.  
*Athanasium video, illos ipſos, quos recu-* apol. p. 798.  
*ſavit, studioſe delegandos elegerunt, quam-*  
*vis statutum fuisset, communi omnium con-*  
*filio eligendos, qui mittendi eſſent. Ca-*  
*ve igitur ne quid præcociter fiat, & vitu-*  
*peremur, quod in hac cauſa a via iuſtitiae*  
*recesserimus. Merito timendum, ne iſti*  
*delegati, ſi Eccleſias a ſuis Epifcopis, qui*  
*bic morantur, deſtitutas percurrant, ter-*  
*rorem, & ſeditionem toti Ægypto inve-*  
*bant, ſunt enim Meletianis ex aſſe addicti.*  
*Comes Dionysius hanc epiftolam Eusebia-*  
*nis legendam transmisit, adjungens Atha-* ibid. p. 799.  
*natio justam querendi cauſam fore, ſe-*  
*cum contra fas omne, & fraudulenter*  
*agi; ipſos quoque a bonis omnibus re-*  
*prehendendos, ſi in re tanta Alexandri*  
*ſuffragio privarentur; hunc Dionysius*  
*tanta reverentia & affectu colebat, ut*  
*ipſum in hac epiftola Dominum animæ*  
*ſuę appellet. His omnibus nihil obſtan-*  
*tibus Eusebianorum factio vincebat, &*  
*Epifcoli Ægyptii prævidentes, Diony-*  
*sium adverſariorum improbitati ceflu-*  
*rum, ſecundo scriptam protestationem*  
*tradiderunt, qua obſecrant, ne in hac*  
*cauſa ulterius progrediatur, ſed ipſi Im-*  
*peratori recognitionem reſervet. Omnia*  
*fruſtra. Iter ingressi ſunt delegati, au-*

Hist. Eccles. Tom. III.

U Etori-

Sæculum IV. Et oritate Concilii muniti, ferentes epif.  
 A. C. 335. Iam ad Philagrium Ægypti Praefectum  
militum quoque assumpto præsidio dec-  
 cebantur.

## §. LI.

*Continuatur Concilium Tyriense.*  
*Arsenius.*

Ruf. I. 17. Tyri necdum calumniarum in S. Athanasiū finis erat. Accusabatur Venerabilis Theod. I. c. 30. ginem Deo Sacram deflorasse; & cur Sozom. II. Episcopi essent congregati, in medio contumaciam apparuit fæmina exclamans, & tristissimam sortem deflens; se quidem virginitatis servandæ fuisse obstrictam sed ab Episcopo Athanasio, quem hospitem excepisset, quantum posset, reluctanter fuisse violatam; sibi deinde quædam dono dedisse, ut taceret. S. Athanasius de hac fraude præmonitus, refellenda calumniæ modum cum Timotheo Presbitero præparaverat; intrat ergo, & ad accusationem respondere jussus, tanquam se non tangeret, siluit, sed protinus respondens Timotheus, & ad mulierculam conversus, ait: *quid tibi vis? ego in dominum tuam diverti, ego tibi vim intuli* ipsa proterve manu protensa, & digito Timotheum monstrans, clamabat: *tu es lele es, tu mibi pudorem rapuisti, sim tempus, & locum impudenti dicacitatem narrabat.* Ad hanc scenam plerisque

præsen-